



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Abide obsidione, & ædificatione Daras. Caput XXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

EVAGR. HISTORIAE

tum imperatoris, tum Constantinopolitanorum magnopere recieauit: quippe & Longinus, & Indus, catenis ferreis collis eorum circumiectis, instar triumphi, per plateas ciuitatis, & per circum ducebantur. Atque ea de causa, quæ iam ante vestigalia Isaurica dicebatur, (erant quidem ista; summa auri ad quinque millia librarum, quæ quotannis Barbaris pensitari solet) in thesauros imperatoris importata fuere.

De Scenatis Barbaris, quod fœdera cum Romanis sanxerunt. Cap. XXXVI.

BArbari porro, (quos σκυνθας, id est in castris & tabernaculis habitantes vocant) arrogantia elati contra imperium Romanum non sine suo damno arma ferunt: Mesopotamiam, utramque Phœniciam; & Palæstinam depopulantur: qui quidem à ducibus cuiusque prouinciae gravioriter & acerbè afflictati, in posterum, fœdere cum Romanis omnium suorum nomine pacto, conquuerunt.

De Abida obfidence, & ædificatione Daras.

Caput XXXVII.

PErstæ præterea, ruptis fœderibus, & proprijs sedibus relictis, Cabade ipsorum rege duce, primum in Armeniam incursionem faciunt: atque oppido, quod Theodosiopolis vocatur, capto, Amidam, urbem Mesopotamia satis munitam accedunt: eamque obfidence capiunt: quam imperator Romanus non sine multis molestijs ac laboribus recuperavit. Quod si quisquam studio ducitur istas res ad vnguem (vt aiunt) cognoscendi, & omnes persequi gandi accurate, Eustathium legat, à quo disertè admodum summoq[ue] cum labore & exquisita elegantia narratæ literisque proditæ sunt: qui cum historiam ad tempus, quod nos iam persequimur, deduxisset, & ad annum duodecimum regni Anastasij finem scribendi fecisset, excessit evita. Hoc bello cōfecto, Anastasius locum quendam Mesopotamia, qui Daras dicitur, in extremis imperij Romaniniibus situm, & velut terminum, quo altera resp. ab altera distin-

distinguitur, ex agro in ciuitatem mutauit: ac primum mu-
ro fortissimo circundedit: deinde varia ædificia eaque ex-
imia, in illo extruxit, ut ecclesiæ, & alias sacras ædes: ut re-
gales porticus, balnea publica, & alia id genus, quibus il-
lustres vrbes magnifice & egregie adornari solent. Ferunt
autem nonnulli locum illum ideo Dara appellatur, quod
Darius ibidem ab Alexandro rege Macedonum, Philippi
filio penitus deuictus fuit.

De muro longo. Cap. XXXVIII.

I Dem poiro imperator opus planè amplissimum, & cum
primis memorabile ædificauit (quod longus Murus ap-
pellatur) in Thracia in loco commodo situm: quod ab-
est Constantinopoli ad summum ducetis & octoginta sta-
dijs. Mare vtrumque complectitur ad quadringenta & vi-
ginti stadia, instar freti cuiusdam: & urbem ferme insulam,
pro peninsula efficit: transportatq; eos, quibus libitum est
navigare, à Ponto ad Propontidem, & mare Thracium cū
summa securitate. Barbaros denique, qui ex Ponto Euxi-
no, & Cholchide, & Meotide palude excursiones faciunt,
qui ex locis ultra Caucasum, & qui ex Europa erum-
punt, arcet repellitque.

*De Chrysargyro ut vocant, quod Anastasius di-
ruebat.* Caput XXXIX.

E St præterea res supra modum illustris, & plane diuina
ab eodem imperatore in tributo quod Chrysargyrū
dicitur, tollendo gesta. De qua quidem dicturis, vel
lingua Thucydidis, vel alia pleniore disertioreque opus
esset. Ipse tamen dicam, non tam oratione, quam ipsius iei
dignitate fatus. Amplæ & eximiæ reipub. Romanorum
tributum sceleratum, deo iniustum, & ne ipsis quidem Bar-
baris, nedum Christianissimo Romanorum imperio dig-
num impositum fuit, quod ad tempora Anastasi, que de
causa non equidem habeo dicere, neglectum, ipse regificè
& cum summa omnium commendatione sustulit. Imposi-
tum verò fuit cum alijs compluribus, qui quæstu viciū si-
bi queritabant, tum meretricibus, que corporis pulchritu
Min dinem